



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari provenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

XXII. In quibusnam Religiosis Prælatis sit potestas absoluendi subditos de
omnibus censuris, tam à iure, quam ab homine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

Tum denique, quia illa doctrina Nauarri, vt existimo, vera non est, vt alibi ostendi, quia illa suspensio non est vera censura, cum ipse fateatur, per solam penitentiam tolli.

XVI.

Vnde ad
obtinendam
penitentiam.

Videtur ergo dicendum, ibi verbum absolventi latius sumi pro verbo abolendi, seu tollendi, quæ verba abstrahunt à propria absolutione, & dispensatione: sicut enim sub potestate ligandi, & soluendi includitur potestas dispensandi, ita verbum absolventi potest interdum sumi in illa generali significatione, quæ dispensationem includit. Verum quidem est iuxta ordinarium, & proprium vsum iuris canonici, non ita solere accipi verbum illud, & ideo vbi verba adiuncta non cogunt, propria significatione retinenda est, & hic est sensus illius principij, seu fundamenti, *irregularitas non absoluitur*, &c. quod alijs locis posuimus. Si autem adiuncta verba cogant ad intelligendum, verbum accipi in illa latiori significatione, non est adeo impropria, quin admitti possit. Eò vel maxime, quod coniunctio illarum duarum vocum, *absolutio irregularitatis*, cogit nos, vt in alterutra illarum improprietatem, vel extensionem significationis admittamus: ergo eligenda est, quæ minor fuerit; multò autem minor improprietas est in extensione verbi absolventi ad dispensationem, quàm in acceptione vocis *irregularitatis* pro culpa, quæ irregularitatem produxit, aut producere potest. Præferimus, quia per priorem verbi interpretationem ampliatur priuilegium, quod fieri debet quando cum nulla, vel minori improprietate verborum fieri potest. Tandem in his, et priuilegijs statim subiungitur exceptio (vt iisdem auctores referunt) homicidij voluntarij, mutilationis, & bigamiæ: ergo signum est non esse sermone de absolutione à culpa; quia nec bigamia est culpa, nec peccatum homicidij, aut mutilationis tale est, vt per hæc priuilegia absolui non possit. Et hæcenus de materia huius potestatis.

CAPVT XXII.

In quibusnam Religionibus Prælati sui potestas absolventi subditos ab omnibus censuris iam à iure, quàm ab homine.

I.

Circa secundum punctum de personis, quibus hæc potestas conceditur, quod etiam in fine capituli 20. proposuimus; primum omnium consideranda sunt verba priuilegiarum: nam si in specie quadam nominantur, & non alia, illa solum habebunt potestatem, quia priuilegia tantum valent, quantum sonant. Si autem generatim potestas conceditur Prælati, vel Prælato, dicendum est dari Prælati conuentualibus, & à fortiori omnibus vniuersalioribus. Ratio prioris partis est, quia illi sunt veri Prælati, vt supra ostendimus, & concessio indefinita æquiualeat vniuersali. Quod est manifestum quando loquitur est in plurali, nam cum est sermo de Prælato in singulari, non nihil dubitationis habere videtur. Nihilominus tamen restringi non potest ad vnum tantum Prælatum supremum, tum quia potius nomine proprio Generalis, quàm communi nominaretur: tum etiam, quia regulariter hoc est contra communem vsum religionum, nam ipso iure censetur hæc facultates per ipsamet priuilegia communicata Prouincialibus, & ad vsum earum moraliter necessarium est. Quātūnis ergo Prælatus in singulari nominetur, sub illa voce comprehenditur Generalis, & Prouincialis: ergo etiam Conuentualis Prælatus, quia nulla est ratio restringendi. Dices, alij habent magis propriam iurisdictionem Episcopalem. Respondeo, pa-

rum hoc referre: nam hic etiam habet eam iurisdictionem, quæ sufficit, vt sit verè & simpliciter Prælatus; vt hac ratione sub illa voce comprehendipossit, quæ indefinitè posita tantum valet, ac si diceretur, quicumque Prælatus. Aliunde verò actus absolventi, propter quem datur hæc facultas, magis ordinatur ad internam salutem, quàm ad forensè iudicium, ideoque merito censetur concessa illa facultas proximo Prælato, qui curam gerit animarum subditorum. Vnde quando in iure committitur Prælato casus aliquis reseruat Pontifici, Abbas specialiter nominatur, vt patet ex c. *de illorum*, cum similibus, de sent. excom. quia nimirum ille est veluti proprius pastor religiosorum; idem autem est de quocunque Prælato Conuentuali.

II.

Nihilominus tamen (vt alteram partem probemus) non potest sub illa voce, etiam in singulari posita ita intelligi particularis Prælatus, vt excludantur vniuersales, tum propter rationem factam de infinita loquutione: tum maxime, quia illi sunt præcipue Pastores, & magis propriè. Vnde sicut alibi in tomo de penit. diximus, nomine proprii sacerdotis ita in iure significari Parochum, vt non excludatur Episcopus, vel Pontifex, ita de nomine Prælati in præsentī dicendum est. Quapropter, etiam si indulta solum facerent mentionem Prælati Conuentualis, v.g. Prioris, vel Guardiani, aut Abbat, non existimo excludi superiores Prælatos eorundem subditorum, propter rationem factam, & quia reuera hoc postulat debitus ordo, & verisimile non est Pontificem velle aliquid præter illum concedere.

III.

Dico autem, *reseruat eorundem subditorum*, quia interdum priuilegium conceditur in fauorem vnius tantum monasterij, & religiosorum, vel Prælati eius, vt sic, & tunc quauis dicamus, non solum Abbatem, vel Priorem localem, sed etiam Prouincialem, vel Generalem posse vti illo priuilegio: nihilominus non poterunt illo vti nisi circa religiosos illius monasterij, quia non conceditur illis vt Prouinciales, vel Generales sunt absolute, sed vt sunt Prælati talis monasterij. Exemplum esse potest in multis priuilegijs concessis Abbati monasterij S. Benedicti Vallisolei, quæ in Compendio etiam Mendicantium, & in nostro interdum referuntur, verbo *absolutio*, & verbo *dispositio*: si tamen supponamus illa ipsi concedi vt Abbati illius monasterij, & non vt Generali sui ordinis, prout est in Castella, de quo mihi non satis constat, quia originales literas videre non potui. Addo etiam per alias Bullas, & indulta, quæ concedunt communicationem omnium priuilegiarum, factum iam esse, vt ferè nullum sit priuilegium vni domui, vel prouinciæ, aut nationi concessum, quibus non possunt alij conuentus gaudere, vt constare potest in nostra Societate ex Bulla Pij V. Dum indissolue. vbi communicationem priuilegiarum illi concedens, addit illa verba, *Tam in genere, quàm in specie, & tam communiter, & conu. etiam, quàm particulariter, & diuisim, etiam per modum extensionis, seu communicationis, & alias quomodolibet quibus ordinibus fratrum, & sororum Mendicantium, quocunque nomine nuncupentur, illorumque congregationibus, conuentibus, & Capitulis, ac vniuersisque sexus personis, ac illorum monasterijs, domibus, Ecclesijs, &c.* Et similia verba habet Gregorius XIII. in Bulla anni 1575. Ad perpetuam rei memoriam, addens extensionem ad omnes religiones, Mendicantium (inquit) aliarumque religionum ordinibus, congregationibus, conuentibus, Capitulis, monasterijs, domibus, Ecclesijs, &c. & multæ alie religiones habent similem communicationem, & ideo, vt dicebam, iam non multum refert, an priuilegium in principio fuerit vni monasterio, vel Abbati illius, aut toto ordini concessum.

Secundò

IV. Secundò dicendum est, ex vi talium privilegio-
rum, in quibus Praelati nominantur, non posse in-
feriores ministros, vel confessores absolueri à præ-
dictis casibus. Probatur, quia nulli alij sunt proprij
Praelati, & privilegium non extenditur ultra ver-
borum proprietatem. Unde fit ex vi horum privi-
legiorum Vicarios ordinarios monasteriorum, quo-
cunque nomine appellentur, non posse hanc abso-
lutionem dare ex vi talium privilegiorum. Proba-
tur, quia non sunt Praelati, ut supra ostensum est.

Dubium trimembre circa assertionem.

V. Dubitari autem potest, an sit aliquod speciale
privilegium, per quod facultas concedatur Vica-
rijs, seu Subprioribus, &c. In hoc duo videntur cer-
ta inter auctores, & tertium incertum. Primum est,
Vicarium illius domus, quæ non habet alium Præ-
latum conventualem, vel quia mortuus est, vel
tempus suum absoluit, vel certe, quia in tali domo
non consuevit alius provideri Prælatum, hunc, in-
quam, Vicarium gaudere his privilegijs, quia, licet
non nomine, re ipsa Prælatum conventualis est, ut
supra tetragimus: unde ad hoc non est necessarium
speciale privilegium, sed supra dicta verba suffi-
ciunt. Secundum est, huiusmodi Vicarium, vel Sub-
priorem ordinari non habere hanc potestatem,
dum scilicet proprius Prælatum suum monasterium
præfens gubernet, propter conclusionem, & ratio-
nem adductam, & quia nullum invenitur privile-
gium, quod maiorem extensionem habeat, ut sta-
tim dicam.

Resolutio
primi mem-
bri.

Resolutio
secundi
membri.

VI.
Tertii
membri.

De tertio verò puncto est nonnulla dubitatio,
scilicet, quando monasterium habet proprium Præ-
latum, ille autem absens est, an possit tunc Vicarius
his facultatibus uti. Nam Collector privilegiorum
in Compendio Mendicantium, verb. *de illis quoad
fratres*, §. 7. & 34. partem negantem indicat. Contra-
rium verò cum Veracitæ, quem citat, & tenet
Emmanuel Rodericus dict. qu. 20. art. 2. & 3. nimi-
rum, quemcumque Vicarium Prioris conventualis
relictum ab ipso Priore pro tempore suæ absentia
habere eandem auctoritatem. Fundatur in quo-
dam privilegio Clementis IV. quod ipse refert art.
1. ex li. Monumenta ordinum, ubi hoc videtur con-
cedi Generali, Provinciali, Priori, & conventuali-
bus, & eorum Vicariis, & locis sibi
commissis. Hæc verba refert dictus auctor art. 3. quæ
si eodem tenore habentur in originali, planè con-
tinentur, nec possunt bene exponi de Vicario, qui
Sede vacante loco Praelati substituitur: nam illa
verba, *Eorum vicinioribus in eorum monasterio*, non
possunt commodè intelligi, nisi de monasterijs, vel
provincijs habentibus proprios Prælatos, qui dum
absunt, alios relinquunt, qui vices suas gerunt. Et
inde rectè sequitur Vicarium, vel Ministrum ab-
sente Praelato, seu Rectore, posse vti illis facultati-
bus, quia tunc vices Praelati gerit. Veruntamen i-
dem auctor in art. 1. alio tenore refert illud privi-
legium, scilicet, *Concessit Generali, & Provincialibus mi-
nistrijs, & eorum Vicariis, atque etiam Custodijs fratrum
Minorum in Provinciis, & Custodijs sibi commissis, &c.* In
quibus verbis constat nec Prioribus conventuali-
bus, nec eorum Vicarijs factam esse illam conces-
sionem, ut idem auctor fatetur. Imò, si tenor ver-
borum servetur, nec Vicarijs Custodum sit conces-
sio, sed tantum Vicarijs generalibus, vel Provin-
cialibus, fortasse propter maiorem illorum aucto-
ritatem. Addit verò idem auctor in eodem art. 1. ex
libro Monum. ordin. concessione 548. & concess.
432. privilegium illud extensum fuisse ad Priores
conventuales in gratiam Prædicatorum, & Car-
melitarum, de Vicarijs autem ibi nihil dicit: sed in
art. 2. statim in principio ait, ex Mari magno Præ-

dicatorum constare hæc privilegia extendi ad Prio-
res conventuales, & eorum Vicarijs nihil tamen in
particulari allegat, sed refert se ad articulum 1. D.
autem Antoninus 1. p. tit. 19. cap. 2. prius dicit, gene-
ralem Vicarium Magistrum ordinis ex potestate sibi
à privilegijs tradita ita posse fratres absolueri ab
omnibus peccatis, & censuris, sicut magistrum
ipsam, & idem postea subdit de Vicario Prioris Pro-
vincialis, & infra inquit, *Item Vicarius Prioris con-
ventualis in suo conventu potest omnes, & singulos de Vicario
Magistri ordinis dispensare*, addit verò exceptionem,
quæ ad absolutionem non spectat, & subiungit,
*Hæc, cum a clero de Vicariis habentur in dispensatione, in-
dulguntur, & per hoc non facit, Vicarius*. Ex his autem Anto-
nini verbis non possumus satis iudicare, an
loquatur de Vicarijs, qui Sede vacante constituntur,
vel in quacunque absentia loco Praelatorum
relinquuntur, tamen dum alia restrictio non con-
stitit, possumus in ampliori sensu verba accipere,
cum omnes ibi sint verè ac propriè Vicarij.

Dicit aliquis eadem ratione extendenda sunt
hæc facultates ad Vicarios, etiam pro eo tempore, cum
quo Praelati sunt præfentes, quia etiam tunc sunt
verè ac propriè Vicarij. Respondetur negando se-
quelam, quia licet in aliquibus religionibus ita ap-
pellentur, non tamen in eadem significatione, quia
tunc non gerunt vices proprii muneris Praelati,
sed quod in iurisdictione consistit, sed habent
proprium ministerium, cuiusdam domesticæ ad-
ministrations, in dictis autem indultis nomen Vi-
carij significat eum, qui vices gerit in iurisdictione,
& Prælati ne, imò his verbis aliquando explicatur,
ut dicti auctores referunt: in religionibus au-
tem, ubi Subprior Vicarius appellatur, vox illa si-
gnificat idem ministerium, seu officium, quod in re-
ligionibus monachalibus nomine Prioris signifi-
cari solet, & in Reg. S. Benedicti, c. 65. vocatur Præ-
positus monasterij. Quando ergo Abbas, Guardianus,
&c. præfens adeff, ille, qui Vicarius dicitur, non
propriè vicem eius gerit, sed proprium ministe-
rium exercet, & ideo tunc non gaudet dictis facul-
tatibus: at verò quando Prælatum absens, iam vices
illius gerit in proprio illius munere, & ideo iam est
Vicarius, de quo loquuntur indulta. Unde, ut om-
nis tollatur scriptulus, optimum consilium est, ut
Prælatum, dum recedit, omnes potestates suas com-
mittat Vicario, & ne hoc pendeat ex memoria, vel
voluntate singulorum, debet esse stabili lege, aut
recepta consuetudine introductum.

Secundum dubium.

Ut autem hoc magis declaretur, dubitari potest
secundò, an hæc facultates delegabiles sint. Et ratio
dubitandi est, quia non pertinent ad iurisdictionem
primariam, sed ad delegatam in foro consci-
entia, quæ subdelegari non potest. Item, quia nemo
potest privilegium sibi personaliter concessum in
alium transferre, hæc autem sunt privilegia con-
cessa talibus personis: ergo non possunt à alijs
committi. Item, confessor Societatis, v.g. qui ex
privilegio habet potestatem absolvendi à casibus
Papæ reservatis, non potest hanc facultatem com-
mittere alij sacerdoti non habenti: ergo. Respon-
detur nihilominus posse Prælatos committere vi-
ces suas alijs, etiam in usu harum facultatum. ita
docent omnes, qui de his privilegijs scribunt, & v. g. per
su ipso satis comprobatur. Item in aliquibus
indultis Pontificijs hoc expressè explicatur, ut in
Bullis Societatis, Paulus III. in sua Bulla vltima ex-
pressè concedit Generali, ut omnes gratias, concessas
per Vicarios, aut personas ad id sibi bene visas. Quod etiam
declaravit Gregor. XIII. in Bulla de viis facultatum.

eum. Idem concessit Sixtus IV. Prælati Minorum in quodam indulto supra relato, ut scilicet, per se, vel per alios possint hanc absolutionem præstare.

IX. Est etiam hoc cōsentaneum iuri communi, maxime supponendo, iurisdictionem Episcopalem ex iure communi, diuino, vel Ecclesiastico extendi quasi natura sua ad omnes hos casus, si non impediat, vel limitetur ab aliquo superiore. Vnde fit (ut multi opinantur) ut quando Summus Pontifex casus sibi reseruat Episcopo concedit, non censetur iurisdictionem delegare, sed tantum impedimentum, aut prohibitionem auferre, qua ablata, statim ex vi suæ ordinariæ iurisdictionis potest ab illis casibus absolvere. Sic ergo de Prælati religionum ratiocinari possumus, habent enim iurisdictionem Episcopalem, & ideo in hoc æquiparantur Episcopis, ut ex vi suæ iurisdictionis possint quidquid eis non prohibetur, quod maxime verum habet in absolutione à censuris, iuxta doctrinam Panormitani in cap. *ut scilicet*, §. *de adulterio*, de Iudicijs, & aliorum ibi ergo eadem ratione per hæc privilegia non delegatur illis iurisdictioni, sed solum tollitur prohibitio, qua ablata, ex vi muneris, atque adeo per iurisdictionem ordinariam hæc omnia possunt.

X. Quod fundamentum prout nititur in iure diuino, mihi probari non solet, quia in vniuersum censeo, iurisdictionem Episcoporum non esse immediate à iure diuino, sed per Pontificem; maxime vero id censeo de potestate immutandi, vel tollendi præcepta, vel quæcunque vincula à Superiore posita: non enim video, quo iure diuino, naturali, vel positio habeat inferior potestatem ad destruendum, quod superior construxit: id enim nec in Evangelio scriptum, neque vlla traditione confirmatum reperio, neque enim necessariam illationem video, ut ex principijs reuelatis naturali discursu inferatur: quin potius nec rationi consentaneum videtur in illa generalitate sumptum, quia est contra debitam subordinationem inferioris ad superiorem. At vero limitatum illud fundamentum ad absolutionem à censuris, & fundatum non in iure diuino, sed in canonico, sed fati probabile propter cap. *super*, de sent. excomm. in quo ponderanda sunt illa verba, *Quia conditor canonis absolutionem sibi specialiter non reseruat, eo ipso concessisse videtur facultatem relaxandi*: per quæ satis significatur, illam facultatem non esse à iure diuino immediate, sed ab auctore ipsiusmet censuræ, ut alibi in tomo de censuris latius extendi.

XI. Ex hoc tamen videtur infirmari illatio facta, nam hæc concessio potest esse & ordinaria, & delegata: ergo ex vi illius iuris neutra colligi potest. Nec dubito, quin possit Papa concedere Episcopis suos casus reseruat per modum delegationis tantum, sicut in Concilio Tridentino multa eis committuntur ut Papæ delegatis, quæ aliàs possent ab eis fieri iure ordinario, seclusis privilegijs, vel exemptionibus. Et multi valde probabiliter putant, commissionem ad absoluendum in casibus occultis factam Episcopis à Concilio Tridentino sess. 24. c. 6. de Reformat. fuisse specialem delegationem, & non restitutionem iurisdictionis ordinariæ Episcopalis, aliàs hodie casus illi occulti, essent Episcopales, & consequenter, qui haberet generale privilegium absoluendi à casibus Episcopalibus, posset ab illis casibus absolvere, quod planè falsum est, & contra communem usum, ut etiam sentiunt Henriquez lib. 3. de Penit. c. 15. §. 7. lit. P. & Emmanuel Rodriguez in expositione Bullæ, num. 135. & contra illa verba eiusdem Concilij, *Per seipsos aut Vicarium ad id specialiter deputandum*, quæ satis indicant illam iurisdictionem esse valde specialem, & non communem Episcopalem: imò etiam indicant esse Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

delegatam, quia si esset ordinaria, eo ipso posset per Vicarium exerceri: quanquam hoc iudicium non conuincat, ut ex statim dicendis constabit.

XII. Quidquid ergo sit, an illa sit dicenda concessio, vel restitutio ordinariæ iurisdictionis, vel solum commissio iurisdictionis propriæ, nihilominus ex alio etiam principio satis probatur assertio posita, quia Commissarius ex privilegio perpetuo potest alteri vices suas committere: quod esse communiter receptum à Doctioribus, ait Corduba in Summa Hispana, quæst. 8. ex Syluestro, verb. *Absolutio*, 4. num. 6. dub. 2. qui refert glossam in cap. *ult.* de offic. Ordin. & fauet textus ille, ubi sic dicitur, *Hic, quibus ex officio in certis casibus competit illos absolvere, qui pro violenta manuum iniectione incidunt in canonem sententia promulgata, licet alii absolutionem huiusmodi committere cum viderint expedire*. Hæc autem potestas, quæ datur Prælati per privilegia perpetua, proprijsimè dicitur competere ex officio, quia ratione officij conuenit: nam privilegium illud quoad hoc magis est reale, quàm personale, quia dignitati adhæret, & ratione illius competit personæ: ergo ex officio competet. Neque oportet, ut omnino conueniat ex officio tanquam iurisdictioni ordinariæ, nam particula, *in certis casibus*, quæ ibi additur, satis indicat sufficere, quod ex privilegio conueniat ratione dignitatis, ut rectè ibi glossa expendit, quæ subdit, *idem esse in omnibus alijs communicationib. quod illi, qui ordinario iure, vel delegato à Principe, possunt absolvere*, possint etiam committere vices suas, ut viderint expedire, dummodo delegatio, vel commissio sit ratione officij, ac proinde per privilegium perpetuum. Atque idem tenent ibi Panormitanus, Felinus, & alij in cap. *ult.* de Offic. deleg.

XIII. Atque ita responsum est ad rationem dubitandi in num. 8. positam: nam hæc iurisdictioni vel ordinariæ est, vel in hoc æquiparatur ordinariæ, quia ex officio ratione legis, seu perpetui privilegij competit. Quando autem Prælati committit vices suas alteri quoad hanc absolutionem, non transfert privilegium in illum, propriè loquendo, sed vtitur ministerio eius ad suum privilegium exequendum, quod valde diuersum est. Vnde ille Commissarius non potest alteri vices suas committere, quia non tam iurisdictioni, quàm nudum ministerium ei commissum est, iuxta caput ultimum §. *ultimo* de offic. delegat. atque ita procedit exemplum eodem numero octauo de simili potestate absoluendi commissi confessori religioso, qui illam committere non potest, quia nudum ministerium ei commissum est. Aduertendum est tamen pro nostra Societate, & si quæ est alia religio, quæ hunc modum obseruet, quod in ea omnis hæc potestas censetur concessa Generali, iuxta Bullas Pontificum, ut infra videbimus tractatu 10. libro 9. capite secundo à numero secundo, & per illum conceditur Prælati inferioribus, ut constat etiam ex Compendio privilegiorum eiusdem Societatis. Nihilominus tamen & Prouinciales, & Rectores, seu Præpositi locales possunt alijs committere vices suas, vel delegare hanc potestatem quotiescunque in concessione sibi facta non sit expressa restrictio, vel prohibitio, ut per se, & non per alios absolvere in aliquo casu possint, quia eo ipso, quod talis restrictio non ponitur, censetur eis concessa potestas eo modo, quo per indultum conceditur, seu eo modo, quo iuxta commune ius administrari potest facultas, quæ ratione officij Prælato competit.

Tertium dubium.

XIV.

Hinc verò nascitur tertium dubium, an possint superiores Prælati restringere hanc facultatem inferioribus, scilicet Generalis Prouincialibus, & Prouincialis Prælati Conuentualibus. Oporteret autem loqui præcisè stando in virtute dictorum privilegiorum, nam ubi est speciale indultum declarans, vel concedens hanc potestatem, ut est in Societate, sublata est questio. De alijs ergo videtur res dubia, quia cum Pontifex immediatè, & quasi ex æquo concedat hanc potestatem omnibus his Prælati, licet alijs sint subordinati in iurisdictione ordinaria, & in ea possit Superior restringere iurisdictionem inferioris, ut supra dictum est, tamen in hac commissione videntur æquales, & ideo non posse in vno eorum ab altero restringi. Nihilominus etiam in hac potestate probabilius censeo, posse restringi à superioribus Prælati respectu inferiorum quandiu expressè hoc non prohibetur in ipso indulto. Ratio est, quia Papa concedens privilegium in fauorem religionis, censetur conferre iuxta debitum ordinem, & magis consentaneum ipsi religioni, quandiu aliud expressè non declarat, sed debitus ordo religionis postulat, ut inferiores Prælati pendeant à superioribus: ergo credendum est hanc esse voluntatem Pontificis concedentis talia privilegia, atque ita tunc non dici potest inferior auferre facultatem à superiore concessam, quia non creditur simpliciter concessa, sed cum hac subordinatione.

XV.

Sed fortasse hæc coniectura alicui non satisfaciet, quia privilegia absolute loquuntur, & potius sunt extendenda. Item, quia, cum hi casus iam sint extra iurisdictionem ordinariam Prælatorum, & sint proprii ipsius Pontificis, potest ipse æqualiter illos concedere sine illa subordinatione, quæ in re tam fauorabili ad remedium subditorum non videtur necessaria. Nihilominus illa mihi videtur moralis coniectura satis probabilis, quam aliter ita explicare possumus: quia Pontifex concedendo has facultates, non auferit ab his Prælati potestatem referendi sibi casus, quia hoc expedit ad disciplinam religiosam, sed expedit potest, ut ex his casibus Pontificis æqui sint referuati Prouinciali, vel Generali: ergo credendum est ita concedi hanc facultatem Prælati religionis, ut semper maneat in maiori Prælati ius referuandi sibi casum, quem expedit iudicauerit. Quod maxime locum habet iuxta opinionem asserentem, per hæc privilegia solum auferri prohibitionem, & remittam reduci ad commune ius: nam stando in iure communi, licet aliqua censura Pontificia non esset ab ipso Pontifice referuata, posset Generalis, vel Prouincialis religionis eam sibi referuare: ergo post hæc privilegia possunt etiam id facere, quia per privilegia solum constituuntur in terminis iuris communis, & quatenus Papa auferat suam prohibitionem, non tollit ius Prouincialis, vel Generalis, ut possit id prohibere, si religioni fuerit expedit. Præterea, sustinendo, ut videtur verius, per hæc privilegia non taxum auferri prohibitionem, sed etiam concedi pontificiam facultatem, & iurisdictionem: Nihilominus vnaquæque religio cum approbatione Sedis Apostolicæ habere solet auctoritatem distribuendi has facultates prout sibi iudicauerit expedit: ergo potest vnaquæque religio statuere, ut quidam ex his facultatibus sine referuata Generali, alia Prouincialibus, &c. nec dubito, quin factum teneat propter præsumptam, ut dixi, voluntatem Pontificum, qui religionibus ipsi & propter maius earum bonum has facultates concedunt. Denique tota ipsa religio potest cedere

iuri suo, & non obstante privilegio sibi concessa, pro singulis Prælati, aliqua eorundem privilegiorum pro maioribus Prælati referuare. Dices, etiam possit hoc fieri à Capitulo generali, vel Prouinciali, non tamen à singulis Prælati maioribus. Respondetur, hoc pendere ex modo gubernationis vniuersitatis religionis: nam earum Prælati habent potestatem à Capitulis, à quibus eliguntur, & ideo si ab eis fuerit concessa etiam ad hunc actum, poterunt illa uti, non verò alijs. Addo tamen vltimò, nunc standum circa hoc esse nouo decreto Clementis VII. circa referuationes regularium: nam quælibet restrictio harum facultatum ad absolendum à casibus referuatis Papæ, re vera est noua referuatio in tali religione facta, & ideo circa illam decretum Clementis seruandum est. Ex quo duo colligo: vnum est, non posse fieri nisi in generali, vel Prouinciali Capitulo respectu, iuxta formam in eodem decreto præscriptam: aliud est, à Capitulo posse fieri, nam Pontifex hanc generalem facultatem præbet huiusmodi Capitulo ad referuandum quoscunque alios casus, ultra designatos ab ipso Pontifice: & mirum profecto esset, quod posset religio referuare casus minus graues, & non aliquem ex grauioribus referuatis Papæ.

Quartum dubium.

Hinc porro emergit quartum dubium, an scilicet omnia peccata, quæ in iure, vel in Bulla Censuræ aut alijs, sunt referuata Summo Pontifici, censentur etiam referuata in quacunque religione, non obstantibus prædictis privilegijs, & consequenter, an ordinarius Prælati concedens alicui religioso absolutam potestatem audiendi confessiones suorum subditorum, censetur illi concedere has facultates, seu hos casus, nam, si referuati non sunt in tali religione, comprehenduntur sub generali facultate, non videntur autem referuari, quia Summus Pontifex per illa privilegia abstinuit referuationem, & religio aliam non addidit, ut supponimus. Vnde Clementis VII. in suis casibus referuatis regularium non facit horum mentionem, nec singule religiones in suis proprijs referuationibus, ut de doctrina nobis constat, & de alijs supra tetigimus.

Nihilominus respondetur, hos casus non solum esse referuatos, sed etiam altiori, & strictiori modo quam sint particulares casus religionum. Declaratur, nam Pontifex nunquam simpliciter abstinuit suam referuationem ab his casibus, etiam respectu religiosorum, sed solum eorum absolutionem religiosorum Prælati commisit, quod longe diuersum est: nam si ablata fuisset simpliciter referuatio respectu talium personarum, absolui possent ab illa censura à quo cunque proprio confessore, iuxta cap. nuper de sent. excom. quod tamen falsum est, ut ex primo, & secundo dubio constat. Vnde eo ipso quod Pontifex hanc potestatem concessit solis Prælati, & eorum vices gerentibus, voluit absolutionem hanc esse illis referuatam. Hæc autem referuatio non fundatur in potestate, & voluntate ipsius religionis, sed manet ex voluntate ipsius Sedis Apostolicæ, quæ prius talem referuationem abstinuit fecit, & postea circa illam maiorem potestatem non concessit, neque amplius (ut sic dicam) illam remisit: & ideo dixi hanc referuationem altiore esse, quam sint propriæ referuationes vniuersitatis religionis. Et ideo fortasse hi canonicus Pontificij non numerantur inter particulares referuationes religionum, quia sunt alterius ordinis, & supponuntur tanquam omnibus communes.

Ex quo inferitur, hos casus non comprehendendi sub

generalis delegatione, vel commissione facta à Prælato religionis ad absolue[n]dum à peccatis, vel censuris, iuxta regulam textus in cap. 2. de Pœnitent. & remiss. in 6. Quin potius licet superior concedat facultatem ad absolue[n]dum à peccatis referuatis in religione, non videtur concedere facultatem ad absolue[n]dum ab his casibus Pontificijs, quia habent referuationem longè alterius rationis, vt dixi, & ideo habent specialitatem sufficientem, vt sub illa generalitate non comprehendantur. Item, quia circa peccata referuata in religione habet Prælatus ordinariam iurisdictionem, quam per illa verba delegare videtur: circa hos autem casus Pontificios habet solum iurisdictionem ex peculiari commissione Pontificis, quæ difficius, & maiori cum consideratione committi alteri debet, ideoque sub illa generalitate non comprehenditur. Quod maxime verum censetur de casibus Cœnæ Domini, & inter eos lapsus in hæresim, propter eorum specialem, vel specialissimam grauitatem, & referuationem. Ideoque prudenter in Compendio Societatis licet absolutio à casibus Cœnæ respectu subditorum committatur superioribus cum facultate delegandi, nihilominus lapsus in hæresim soli Generali referuatur, ita vt nec Prouinciales possint absolue[n]di, nisi sub onere comparendi. Et alibi etiam diximus, ipsummet Pontificem committendo casus suos, non censeri committere casus Cœnæ, nisi exprimat; & committendo casus Cœnæ, non committere absolutio[n]em ab hæresi, nisi in specie id declarat: ergo idem dicendum est de Commissario Pontificis. Vnde Episcopus, v.g. committens alicui casus suos, non videtur committere absolutio[n]em, v.g. à censura canonis *si quis suauiter*, pro illis casibus, in quibus ipsi in iure committuntur, quia illi non sunt proprii casus Episcopales, vt alibi diximus. Vt ergo Prælatus religionis censetur committere hos casus Pontificios, oportet, vt vel in specie eos exprimat iuxta vniuersumque exigentiam, vel, si vratur generalibus verbis, quod talia sint, vt omnem tollant ambiguitatem: vt si dicat, v.g. concedere omnes facultates suas, vel quantum per priuilegia potest, aut quid simile. In quo etiam obseruare oportet, vt distinctè explicetur an concedatur potestas absolue[n]di à culpis, vel etiam à censuris: nam hæc duo diuersa sunt. Verum est, in casibus Pontificijs ita esse coniuncta, vt vno concessio, alterum concessum esse intelligatur. Videantur dicta in 4. tomo dispo. 30. sect. 2.

C A P V T XXIII.

An non solum in religionis Prælatis, sed etiam in Episcopis sit prædicta potestas ad absolue[n]dum religiofos.

I. In hac questione in primis certum est non conuenire Episcopis hanc potestatem ex vi priuilegio- rum ipsorum regularium, cum in eis nulla de Episcopis fiat mentio, sed potius ab eorum iurisdictione eximantur. Loquimur enim de exemptis, nam circa regulares sibi subiectos clarum est posse Episcopos quidquid in hoc genere possunt iure comuni, & si quid amplius per priuilegia Pontificia talibus religiosis fuerit concessum respectu suorum Prælatorum, nam Episcopi sunt proprii illo- rum Prælati, quod munus non habent respectu exemptorum. Solum ergo habere potest locum du- in nonnullis casibus, in quibus iure comuni scri- pto seu canonico possunt Episcopi absolue[n]di à ca- sibus alijs Pontifici referuatis, vt à leuiori lexione clerici, cap. Monachi, & cap. cum illorum. de sentent. Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

excommunicat. Secundum est de aliquo casu ne- cessitatis, in quo propter difficilem recursum ad Pontificem censetur tacito iure, & recepta consue- tudine, facta commissio Episcopo, quæ necessitas potest interdum in religioso exempto occurrere. Tertium est de Prælato religionis, qui non potest absolue[n]di seipsum, neque habet alium à quo possit commodè absolui; nec debet esse peioris conditio- nis poterit ergo ab Episcopo absolui.

Circa primum casum quidam putant quod licet II. religiosus exemptus possit in illis casibus absolui à suo Prælato; nihilominus posse etiam absolui ab Episcopis, si velit: quia licet Pontifex concesserit illam potestatem Prælatis religionis, non abtulit E- piscopis: ergo liberum est religiosis, si velint eis subijci quoad hanc absolutio[n]em. Nec videtur ob- stare exemptio, quia hæc videtur esse à iurisdic- tione coacta, non à voluntaria. Item videtur esse in his, quæ spectant ad grauamen, non in his, quæ ad fauorem; est autem maior fauor religiosi quod à pluribus Prælatis possit absolui. Atque ita opinati sunt Fredericus de Senis consil. 14. & Ioannes de Lignano in Clemen. Ne in agro, de statu regularium, & alij, quos Syluester citat. Contrariam senten- tiam tenet Abbas in cap. Monachi. de sentent. ex- communicat. numero 4. vbi refert Ioannem An- dream, & seipsum in alijs locis; quos sequitur Syl- uester verb. Absolutio. 5. num. 2. Fundamentum est, quia religiosus exemptus non tantum eximitur à iurisdictione fori contentiosi, sed etiam à iurisdic- tione fori poenitentialis: nam hac ratione non po- test confiteri Episcopo sine licentia sui Prælati, vt supra visum est: ergo in neutro foro potest Episco- pus absolue[n]di religiosum, quantumuis ipse se illis subijciat. Et confirmatur, quia exemptiones priui- legij non in fauorem priuatum religiosi, sed in fa- uorem totius religionis concessum est, & in fau- rem etiam Prælatorum eius: ergo nullus religio- sus potest in hoc cedere iuri suo, nec sibi iudicem constituere extra Prælatos suos, iuxta cap. significasti. de foro compet. Atque hæc sententia planè vi- detur in rigore iuris vera, & per se loquendo, ac suppositis religioforum priuilegijs omnino ser- uanda.

Dico autem suppositis priuilegijs, quia si Præla- ti religioforum non haberent potestatem absol- uendi suos subditos ab aliquo casu referuato Pa- pæ, & alijs concessio Episcopis, in eo casu probabi- lem censerem primam sententiam. Exemplum esse poterat in facultate absolue[n]di à casibus occultis concessa Episcopis in Concilio Tridentino: nam si illa non fuisset extensa ad Prælatos religionum, possent, vt opinor, religiosi absolui ab Episcopis, quia non debent esse deterius conditionis: & ra- tionabiliter interpretamur non esse exemptos, nisi in his, in quibus subduntur iurisdictioni suorum Prælatorum. Si enim in foro exteriori non possent de aliquo delicto iudicari à suis Prælatis, profecto eo ipso non censerentur in illa causa exempti à iurisdictione Episcoporum, quia non debent sine ordi- nario iudice relinqui. Potestque hoc non impro- babiliter colligi ex capite si Papa, de priuilegijs in sexto: ergo idem cum proportionem in absolutio[n]e à censuris locum habet. At verò nunc, quia tota iurisdictione Episcoporum ad absolue[n]dum à censu- ris, etiam eis iure commissæ circa Pontificios ca- sus, commissæ est Prælatis regularibus per priuile- gia perpetua, non possunt religiosi, per se loquen- do, in talibus casibus ab Episcopis absolui, quia prorsus exempti sunt, & quia Prælati religionum merito possunt respectu suorum subditorum sibi tales casus referuare, quia illis iudicium eorum commissum est, & in fauorem ipsorum, vt planè si- gnificauit Pius V. in Motu proprio, quo Prælatis